UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

# Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

**Coloniæ, 1654**

S. Athanasius Epis. S. Antoninus Epis. S. Zoe, Euxuperius & FF. M. 2. Mai.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

1 S. Athanaſius Alexandriæ in Ægypto Epſ. ſanctitate & doctrina clariſſimus, in eius perſecutionem pene vniuerſus orbis, quanta parte hæreſi Ariana æſtuabat coniurauit: Ipſe tamen Catholicam fidem aduerſus Imp. Reges & præſides & innumeros Arianorum Epiſ. ſtreuuè propugnans poſt latibula in ſepulchris, ciſternis & exilio quadrageſimo ſexto anno ſui ſacerdotij in ſua Eccleſia migrauit ad Dominum A. 372.

2. S. Antoninus ex Ord. Præd. Aepſ. Florent. ex imagine Crucifixi amorem mirificum in homines, præcipue tenuiores, ſuxit. Obijt A. 1459.

3. B. Zoe cum marito S. Exuperio & filijs duobus Cyriaco & Theodulo Romæ ſub Hadriano Imp. Martyrij coronam purpuream adepta eſt. Ei Iuſtinianus Imp. nobiliſſimum templum erexit.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

S. Athanaſius Epiſ. S. Antoninus Epiſ.
S. Zoe, Euxuperius & FF. M. 2. Mai.

## Cultus SS. Trinitatis.

Perſonis Trinitas diſtincta eſt, non eſt diuiſa ſubſtantijs ſeu Naturis, Chryſolog.

Exaudi quæſumus Dne preces noſtras quas in B. Athanaſij conf. tui & Pont. (B. Antonini C. & P. SS. Zoes, Exuperij & FF. MM.) ſolemnitate deferimus, ut qui tibi digne meruit famulari, eius intercedentibus meritis ab omnibus nos abſolue peccatis. per D. N. I. &c.

Ora pro ſummo Pont. &c.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN